



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Sectio Qvinta. Quarta ratio ex paritatibus insolubilibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

ergo ut in Animâ nihil sit contra fidem, & bonos mores, satis est, ut conscientia iudicet tantum, quod sit certò probabilis veritas opinionum, & honestas actionum.

N. 151. Confirmo 2. Censoribus satis est, ut determinatum, & directum ferant iudicium de hoc tantum, quod liber nec fidem, nec bonos mores offendat; de libri autem veritate nullum tenentur saltem exterius in ipsâ censurâ directum ferre iudicium, si materia sit inter Catholicos incerta; numquam enim dicunt librum stare contra veritatem, quoties opinionum veritas est probabilis: ergo Censores ad nullum directum de veritate, aut falsitate objectivâ iudicium in censurâ ferendâ obligantur, nec ad eisdem pertinet definire, num opiniones sint veræ, aut falsæ, dummodo sint certò probabiles: ergo si Censores, seu librorum Iudices ad nullum directum de veritate doctrinâ libro insertæ, iudicium tenentur, ut censeant librum typis dignum, ejusque impressionem laudabilem, & honestam; cur in aliis minoris momenti operationibus tenebitur quilibet ad directum de honestate, aut veritate objectivâ iudicium, quin satis sit reflexum de objectivâ probabilitate ejusdem objectivæ honestatis, & veritatis?

N. 152. Similiter ponderandus mihi est prudentissimus Theologorum modus, quoties investigantur congruentiæ alicujus facti, aut factibilis. Fervet tota *Tertia pars* Divi Tho. similibus congruentiis, ex. gr. cur Verbum potius, quam alia Persona carnem humanam sumpserit, & cur tali tempore, & non alio: cur naturam humanam præ Angelica Deus redemerit: cur Christus D. non plura, nec pauciora Sacramenta instituerit; cur in hac præ illâ materiâ. Fervet ubique hæc dubia; quibus solvendis non nisi congruentiis T. T. & S. S. P. P. utantur, quin illis directè assentiantur; cum congruentiæ ex se debiles sint, & vix alicujus efficaciam; sed reflexè. Explico. Queritur, cur Christus D. anno trigesimo tertio mortuus; cur Eucharistiam potius sub panis specie, quam sub aliâ materiâ instituerit. Ubi nota me non querere, an Eucharistia sub panis specie instituta sit; hoc enim est de fide: sed hæc fide Catholicâ suppositâ, quæro, cur potius sub specie panis, quam sub aliâ materiâ instituta? Huic autem quæstioni non nisi congruentiis satisficit: quæ cum ex se modici valoris sint, vix merentur assensum directum; atque adeo ad certum reflexum, de potioritate congruentiarum, iudicium appellandum, dicendo: Quia certum est potiores dari congruentias, ut Eucharistia potius sub panis

specie, quam sub aliâ materiâ institueretur: ergo qui res determinat per certum de objectivâ probabilitate, & congruitate, veritatis, aut honestatis iudicium, omisso directo incerto de veritate congruentiarum, & opinionis objectivâ probabilitate, imitatur prudentem T. T. & S. S. Patrum arguendi, & resolvendi modum.

Demum considero quot, & quanta in N. 153. omni scientiâ problematicè defenduntur; in quibus licet utraque pars contradictionis defendatur directè, attamen ideo utraque defenditur, quia utraque supponitur probabilis: & hinc est, quod qui problemata defendunt, apponunt ut plurimum iudicium reflexum, ex. gr. Probabile est terram esse eminentiorem aquâ: Probabile est aquam esse eminentiorem terrâ: Probabile est Cælum esse fluidum: Probabile est non esse fluidum. Ecce in his omnibus, quod defenditur, non est veritas, sed probabilitas veritatis utriusque contradictorii: ergo cum in Moralibus plura quoque sint problematica, in his quoque locum habet hic discurrendi modus; non per veritatem, sed per probabilitatem veritatis: ergo etiam modus operandi consequenter ad illud reflexum de probabilitate veritatis practicæ iudicium, locum habere poterit. Quod verò in Moralibus plura sint problematica, nemo inficiabitur, nisi ille, cui omnia moralia sunt moraliter certa. Quis autem erit, cui hoc credi possit? Sanè, ut toties dixi, primæ notæ Doctores sæpe utramque vocant, sive æquè, sive non æquè probabilem; ergo utraque contradictoria potest ab illis defendi ut probabilis.

S E C T I O V.

Quarta ratio ex paritatibus insolubilibus.

§. I.

Paritas Confessarij: & Paritas obedientis.

S U M M A R I U M.

Confessarius ex solâ probabilitate opinionis penitentis sæpe dirigitur ad honestam absolutiorem, n. 154. 155. 156.

Hæc paritas probat licitum operari sub solo iudicio de minori probabilitate, suspensò omni de veritate, n. 157.

Immo cum directo de falsitate opinionis penitentis, n. 158.

Urgeo paritatem, n. 159. 160. 161.

Paritas obedientis idem evincit, n. 162.

Et quidem satis esse solum reflexum de minori probabilitate, etsi unitum cum iudicio directo de falsitate opinionis superioris, n. 163.

Omni

Omni seculo floruit iste respondendi modus, non jejuno, quia ex. gr. S. Thomas hoc dicit licitum, & tunc procedendo a veritate, n. 164. 165. Fagnanus negat licitum Confessario sequi opinionem penitentis. Impugno, n. 166.

N.
154.

Prima paritas est Confessarii absolventis penitentem, opinioni oppositæ adhaerentem. Ecce in hoc casu Confessarius, vel retinet propriam opinionem, dum absolvit juxta alienam, seu penitentis, & sic non habet judicium directum de veritate opinionis penitentis; immò implicat, ut habeat, nam simul habet duo judicia contradictoria directa, unum proprium, aliud simile alieno; & tamen Confessarius adhuc absolvit; ergo dirigitur ad absolutionem, non à judicio directo proprio, ut certum est; nam hoc potius opponitur licentiæ absolvendi: non à judicio directo simili illi, quod habet penitens, nam eo caret; ergo à solo modalis reflexo de licentiâ absolvendi, quoties sibi probabilis est opinio penitentis: vel Confessarius dum absolvit, omittit propriam opinionem, & non assumit opinionem similem opinioni penitentis; tunc autem cum careat omni judicio directo tum proprio, tum simili alieno, regulatur ad licitam absolutionem à solo reflexo de licitâ absolutione, quoties sibi probabilis est opinio penitentis: ex. gr. Probabile mihi est, quòd penitens non teneatur restituere; ergo licitè eum absolvo: vel Confessarius dum absolvit, deserit propriam opinionem, & assumit aliam conformem judicio penitentis; tunc autem rogo Probabilioristas, quomodo hoc fieri possit, cum opinio penitentis sit Confessario minus probabilis; per eos autem nemo potest assentiri minus probabilis.

N.
155.

Brevius: Confessarius dat absolutionem penitenti sequenti oppositam suæ; sed ad eam absolutionem dandam, nec dirigitur à judicio directo proprio, nam hoc potius dirigit ad non dandam; nec à judicio directo simili ei, quod habet penitens, nam illud non habet, nec habere potest, quia implicat, juxta hos Adversarios, ut Confessarius assentiatur opinioni directè minus probabilis; ergo à solo reflexo de certâ probabilitate opinionis penitentis dirigitur ad dandam absolutionem.

N.
156.

Palanc.
P. Thyrs.
P. Mun.

Hæc paritas est prorsus concludens contra Probabilioristas, contra quos modò certamus; nempe contra P. D. Thyrsium, Palanc. & P. Muniel. hi enim omnes docent, quòd Confessarius absolvere possit penitentem sequentem opinionem oppositam suæ, si ea sit ipsi Confessario certo pro-

babilis. In hoc enim casu Confessor licitè absolvit, & tamen à nullo judicio directo de veritate opinionis penitentis, ex. gr. de non obligatione restituendi, regulatur ad honestam absolutionem. Etenim Confessor, nec à proprio judicio regulatur; hoc enim potius dicit, quòd restituendum sit; nec regulatur à judicio simili judicio penitentis, nam illud formare non potest, cum, juxta DD. citatos, nemo possit directè assentiri objecto minus probabilis, sed quòd non sit restituendum, est Confessario minus probabilis; ergo tale judicium Confessarius formare non potest: ergo Confessarius ab hoc solo judicio reflexo, *Certum mihi est, quòd opinio penitentis de non restitutione sit mihi probabilis*, dirigitur ad absolutionem.

Similiter hæc eadem paritas evidenter N. convincit, non tantum nullam judicium directi necessitatem, quin, quòd licitum sit operari sub solo judicio reflexo certo de minori probabilitate; immò sub solo reflexo de minori probabilitate; nam in casu allato Confessarius ad licitè absolvendum regulatur, non à judicio reflexo de majori probabilitate opinionis tuentis non esse restituendum, sed à reflexo de minori probabilitate opinionis tuentis non esse restituendum: etenim opinio negans obligationem restitutionis est ipsi Confessario minus probabilis.

Demum hæc paritas probat, non tantum N. esse licitum operari sub solo judicio reflexo de minori probabilitate objectivâ opinionis, immò prorsus omni directo de veritate, quòd unicè *disp. 21.* statuimus: quin probat, quòd unicè nobis probandum in præsentia est, esse licitum operari sub judicio reflexo de minori probabilitate veritatis opinionis, conjuncto cum judicio directo de falsitate ejusdem opinionis. Etenim Confessarius absolvere potest penitentem, retento proprio judicio directo de obligatione restitutionis: sed judicium proprium de veritate opinionis tuentis obligationem restitutionis est æquivalenter idem ac judicium de falsitate opinionis negantis obligationem restitutionis: ergo Confessarius absolvere potest penitentem, retento judicio directo de falsitate opinionis negantis obligationem restitutionis. Maior patet; quia Confessarius sepe dimittere non potest propriam opinionem; propria autem opinio est, penitens tenetur restituere; vel si potest, non debet; quæro enim, à quâ lege obligetur ad propriam opinionem dimittendam? ergo potest absolvere penitentem, retentâ propriâ opinione. Minor etiam constat; nam qui judicat veram unam partem contradictionis, eo ipso

ipſo oppoſitam judicat falſam: ſed Confeſſarius judicat veram partem affirmantem reſtituendi obligationem; ergo eo ipſo partem negantem judicat falſam: ergo Confeſſarius abſolvit pœnitentem ſub judicio modalis certo de probabilitate veritatis opinionis negantis obligationem reſtituendi, conjuncto cum judicio proprio de falſitate ejuſdem opinionis negantis obligationem reſtituendi.

N. 159. Plura de hoc ipſo dedi *diſp. 12.* omnino legenda. Vnum addo, quòd ſi Confeſſor eſt rectè diſpoſitus ad dandam abſolutionem, eſt opinionem pœnitentis judicet improbabilem, aut ſaltem non eſſe probabilem; omne enim minùs probabile, juxta Adverſarios, non eſt probabile illi, cui oppoſita eſt probabilior; cur pœnitens non erit rectè diſpoſitus ad recipiendam abſolutionem cum ſolo judicio certo de probabilitate propriæ opinionis?

N. 160. Hoc idem urſi ad hominem *l. c. n. 222.* & 223. Sanè mirabile eſt, quòd Confeſſor cum judicio de improbabilitate, aut de non probabilitate opinionis pœnitentis poſſit eum abſolvere, non autem cum ſolo judicio de probabilitate opinionis pœnitentis. Immo *ibid. n. 228.* & 247. quaſi, ſub quo judicio Confeſſor abſolvat: non ſub judicio de veritate opinionis pœnitentis, quia eam judicat falſam, aut ſaltem ſibi non probabilem: non ſub judicio de probabilitate opinionis pœnitentis; tum quia judicium de probabilitate, juxta Adverſarios, non eſt ſatis; tum quia judicium illud de probabilitate, cum ſit judicium de minori probabilitate, eſt juxta principium Adverſariorum dicentium, minùs probabile idem eſſe, ac non probabile ei, cui oppoſitum eſt probabilius; judicium, inquam, illud de probabilitate opinionis pœnitentis erit judicium de non probabilitate ejuſdem opinionis pœnitentis. *Lege l. cc. necnon quaſi dedi diſp. 11. n. 11.* & *diſp. 12. à n. 274. ad 280.*

N. 161. Hoc unum prætere nolo pro infrà dicendis, ubi iterum examinabimus an cum judicio de probabilitate unito judicio directo de falſitate opinionis, quam ſequor, liceat operari. Sanè longè plus eſt judicare opinionem aliquam non eſſe probabilem, quàm eſſe falſam. Si autem, juxta Contrarios, Confeſſor licitè abſolvit ſub judicio de minori probabilitate veritatis opinionis pœnitentis, (quod per eòſdem idem eſt, ac judicium de non probabilitate veritatis opinionis pœnitentis) multò magis licebit, juxta nos, abſolvere ſub judicio de certà probabilitate veritatis opinionis pœnitentis, unito

ipſi judicio directo de ejus falſitate.

Secunda paritas eſt obedientis, qui parat N. Superiori præcipienti oppoſitum ejus, quod 162. obediens opinatur. Ecce in hoc caſu, vel Subditus, dum obedit, retinet propriam opinionem, & ſic non habet judicium directum de veritate opinionis Superioris; imò implicat ut habeat; nam ſimul haberet duo judicia directa ad invicem contradicentia: vel non retinet propriam opinionem, ſed aſſumit opinionem ſimilem opinioni Superioris, hoc autem implicat; cum enim opinio Superioris ſit Subdito minùs probabilis, non poteſt eam aſſumere: vel Subditus omittit tum propriam opinionem, tum opinionem ſimilem ei, quam habet Superior; tunc autem Subditus à ſolo judicio certo reflexo de minori probabilitate opinionis Superioris dirigitur ad obediendum: ergo Subditus tunc ſub ſolo judicio reflexo honeſtè operatur: ergo, ut quis honeſtè operetur, nullum neceſſarium eſt judicium directum de veritate opinionis, aut honeſtate actionis.

Hæc etiam paritas tria demonſtrat in paritate antecedenti jam notata. Primum, N. 163. quòd, ut quis honeſtè operetur, nullum neceſſarium ſit judicium directum de veritate opinionis, & honeſtate actionis; ſed ſatis ſit reflexum de probabilitate veritatis opinionis, & honeſtatis actionis. Patet; quia obediens à nullo judicio directo dirigitur: non à proprio; hoc enim potiùs impedit obedientiam: non à ſimili alieno; nam cum ſimile alieno ſit Subdito minùs probabile, non poteſt illud aſſumere. Secundum, quòd, ut quis honeſtè operetur, ſatis ſit reflexum de minori probabilitate objectivâ judicium. Patet; quia cum Subditus à nullo judicio directo dirigatur ad obediendum, ſed à ſolo reflexo de probabilitate objectivâ opinionis Superioris, hæc autem opinio Superioris ſit eidem Subdito minùs probabilis objectivè, confequenter Subditus à ſolo judicio reflexo, & quidem de minori objectivâ probabilitate opinionis Superioris dirigitur ad obediendum. Tertium, quòd ad honeſtè operandum ita ſatis ſit reflexum de minori objectivâ probabilitate judicium, ut eſt uniatur judicio directo de falſitate ejuſdem opinionis minùs probabilis, adhuc ſatis ſit. Patet; tum quia nulla datur lex vetans Subdito retinere judicium proprium directum de propriæ opinionis veritate, adeoque de falſitate opinionis Superioris, ad hoc ut obediat: tum quia hoc ipſum ſuadet perpetua cujuſque obedientis experientia, qui ſæpe ſuſpendere nequit judi-

judicium proprium sibi probabilis, aut moraliter certum: tum quia, si Subditus propriam opinionem dimittere tenetur, maxime quia opinio Superioris sit eidem subdito magis probabilis; sed hoc est certò falsum: ergo Subditus obedit Superiori, etsi Superioris opinionem judicet falsam: ergo non tantum licet operari sub solo iudicio reflexo de minori probabilitate objectivà, dimisso omni directo proprio, aut alieno; quin licet, retento iudicio directo proprio de falsitate opinionis judicet minus probabilis, unito iudicio reflexo de objectivà minori probabilitate ejusdem opinionis, licet, inquam, honestè operari.

N. 164. Confirmitur: quia omni sæculo floruit tum obedientia, tum iste respondendi modus. Quærenti enim ex. gr. cur non jejunas, ecce non jejunans respondere potest, vel directè, *Quia non teneor*; vel reflexè, *Quia Superior dicit, me non teneri*: in quo casu mixta authoritati Superioris non jejunans dirigitur ad non jejunium.

N. 165. Idem accidit legenti classicum Authorum: ex. gr. Lego in S. Thomà me non teneri fateri circumstantias purè aggravantes: si roger, cur non confitear; dicere possum, vel quia iudicio non esse confitendas, & tunc fero iudicium directum: vel quia S. Thomà dicit non esse confitendas; an autem hoc verum sit, præcindo; quo casu à solo iudicio certo de authoritate S. Thomæ, suspensio omni directo de veritate opinionis S. Thomæ, dirigo ad honestam omissionem, & silentium; ergo modus operandi ex solo iudicio evidenti de practica, sive intrinsicà, sive extrinsicà probabilitate veritatis opinionis omni sæculo floruit.

N. 166. Scio, quòd Fagnanus relatus, & rejectus à Bordonò in eversione Fundamentorum n. 103. neget, quòd Confessarius opinionem poenitentis sequi possit. Sed contra 1. quia alij saltem Probabilioristæ ut P. D. Thyrsus, Palanco, P. Muiet. & alii hoc passim affirmant; ergo ab his saltem solvendum. Contra 2. quia hoc absque ullo fundamento contra ferè omnium T. T. mentem negatur: ergo nostra paritas est adeo ex authoritate extrinsicà, certò probabilis, imò moraliter certa, ut Fagnani responsio sit extrinsicè improbabilis. Contra 3. quia quæro à Fagn. quid faciendū erit Scotistæ, si Thomistæ confiteatur? Sanè si Confessor, & poenitens in eadem opinione esse debent, nec Thomista Scotista, nec Scotista Thomista confiteri poterit: velle enim, ut poenitens sequatur Confessarii opinionem, est velle, quòd sæpe est impossibile, cum opinio Confessarii docto poenitè-

ti sapius sit minus probabilis. Eccead quas angustias reducitur quicumque negat nostram doctrinam; nostra enim argumenta adeo invicta sunt, ut aliter declinari nequeant, nisi negatis communissimis T. T. sententiis, & nisi sternatur via ad prædicam Sacramentorum impossibilitatem. Vide que dixi, & respondi ad solutiones petitis ex Confessario *disp. 12. sect. 4.*

§. II.

Paritas Theologorum Præsentium, nec non eorum eximie prudentium, & sapientium.

SUMMARIUM.

Præsentis alienis opinionibus ex solo iudicio reflexo de earum probabilitate dicitur ad laudabilem earum defensionem, n. 167.

Defensio objectivæ probabilitatis alienæ opinionis præmiatur, n. 168. 169.

Hæc praxis probat satis esse iudicium de minori objectivæ probabilitate, n. 170.

Et quidem unitum iudicio directo de falsitate ejus opinionis minus probabilis, n. 171.

Discrimen prudentium a non ita prudentibus esse solet in suspensione iudicii directi, n. 172.

Discrimen intellectus Angelici, & humani in statu nature integra, aut patriæ ab intellectu humano in statu via est, quòd in eo statu illi non possunt ferre iudicium directum de incertà; hi possunt, at non tenentur, n. 173. 174. 175.

Character contradistinguens in viâ prudenti à minus prudentibus; qui? n. 176.

Mirabilis Dei Providentiæ, quòd fecerit possibilem alteri statui perfectionem, quæ alijs est identificata, aut necessaria, n. 177. 178. 179.

Inductio, ibid.

Ex ipso quòd Deus nos incitat, ut semper dicamus verum, sequitur satis esse evidenti de probabilitate iudicium, n. 180.

Tertia paritas est familiaris famosioribus N. in Universitatibus praxis, ubi certare quotidie est, & audire insigniores Theologos oppositis propriæ doctrinæ, Cathedris, & conclusionibus præsentibus. Sæpe enim accidit, ut qui Cathedræ Durandi, aut Ochami, aut Scoti, aut D. Thomæ præsentem, intra se iudicent falsam, aut minus probabilem eam ipsam opinionem Doctoris, cui præsentem, ecce in hoc casu, quo præsentem in oppositam abijt opinionem, vel retinet iudicium de veritate propriæ opinionis; & sic caret tunc iudicio de veritate opinionis, quam defendit; immò repugnat, ut dum retinet iudicium

judicium directum de veritate propriae opinionis, concipiat simul judicium directum de veritate alienae sibi oppositae; haberet enim simul duo judicia directa inter se contradicentia, quod implicat: vel dum defendit oppositam opinionem, non retinet propriam, quin, hac omissa, concipit illam, quam tunc defendit, & eam directe judicat veram; & hoc non, cum enim opinio, quam tunc defendit, sit sibi minus probabilis, nequit, juxta principium Adversariorum, assentiri ei opinioni, ut vera: vel dum defendit oppositam opinionem, omittit tum judicium directum de veritate propriae opinionis, tum judicium directum de veritate oppositae opinionis, quam tunc defendit, ita ut a solo judicio reflexo de objectiva minori probabilitate veritatis opinionis, quam tunc defendit, ducatur ad illam tuendam? & sic habeo intentum, quod laudabile, & honestum sit, ex sola objectiva probabilitate, etsi minori, veritatis opinionis procedere ad honestam ejusdem opinionis defensionem, & praesidentiam.

N. 168. Confirmo 1. Nemo Catholicarum, earumque celebriorum Universitatum adeo ignorans est, ut non sciat aliquas opiniones, ex gr. Ochami, aut Durandi, aut aliorum Antiquorum T. T. haberi passim ut falsas, aut saltem, ut minus probabiles: & tamen illae ipsae opiniones a dictarum Cathedralium Praesidentibus laudabiliter quotidie defenduntur; isdemque Cathedralicis copiosa stipendia liberali manu erogantur. In hoc casu, qui adeo obvius est, Cathedralicus dictis Cathedralis praesidens judicat saepe directe aliquas opiniones esse antiquatas, ita ut nequeat isdem opinionibus directum de veritate assentum praebere, sed ad summum reflexum de objectiva probabilitate, & quidem minori; & tamen dictus Praesidens, eaque Cathedra laudabiliter, & honeste praetenditur, & magno in honore habetur, & copioso aere donatur. Rogo modo dicatur mihi, quid sit, quod in honore habetur; quid, quod aere donatur? Loquor autem de doctrina ex gr. Durandi, non quatenus est uniformis, sed quatenus est aliis Cathedralis difformis. Non veritas directa; haec enim aliquibus, quas Praesidens ex mente Durandi defendit, opinionibus negatur; ergo objectiva probabilitas, & quidem minor; ergo suspendere directum de veritate judicium; & ad solum reflexum de minori objectiva probabilitate judicium appellare, est res sapientibus digna, aere, & honore commendabilis.

N. 169. Confirmo 2. Accidit saepe, ut Thomista

praesidere debeat Scotistae; aut e contra Scotista Thomistae. In hoc casu adeo familiari, Thomista judicare nequit judicio directo veram esse opinionem Scoti, quam discipulus, cui Thomista praesidet, defendit; nam, juxta Adversariorum effatum, intellectus nequit directe assentiri opinioni sibi minus probabili: sed Thomista judicio interno opinionem Scoti, quam discipulus, cui praesidet, defendit, judicat esse sibi minus probabilem: ergo Thomista non potest ei, cui praesidet, opinioni, assentiri directe, nec potest eam judicare veram; ergo ad summum judicat esse probabilem, etsi minus: ergo Thomista sub solo judicio reflexo de objectiva etsi minori probabilitate opinionis Scoti, quam defendit discipulus, cui praesidet, laudabiliter se gerit, & laudabiliter sibi imperat honestam ejus opinionis praesidentiam. Vide quae infra dicam.

Confirmo 3. Si non esset honestum, suspenso omni judicio directo de veritate opinionis, procedere ex solo judicio reflexo de objectiva, etsi minori, opinionis probabilitate ad praesidendum alicui opinioni; illicitum esset Thomistae praesidere discipulo Scotistae; & vice versa illicitum Scotistae praesidere discipulo Thomistae; hoc dici nequit, salva celebriorum Universitatum praxi: ergo honestum est sub solo reflexo judicio de objectiva, etsi minori, probabilitate veritatis opinionis procedere ad praesidendum opinioni oppositae propriae. Maior patet. Minorem celebrat experientia. Consequentia est legitima.

In hoc argumento ab Universitatibus earumque honestissima praxi derivato, tria, si antec. memorata iterum recurrunt. Primum, quod ut quis laudabiliter, & sapienter se gerat, nullum directum de veritate opinionis, quam quis tuctur, judicium sit necessarium, sed satis sit reflexum de certa probabilitate veritatis opinionis judicium. Secundum, quod satis sit reflexum de objectiva probabilitate, non tantum maiori, sed equali, immo minori. Tertium, quod ita satis sit reflexum de objectiva, certa tamen, etsi minori probabilitate judicium, ut etsi uniatur, tum judicio reflexo de maiori objectiva probabilitate veritatis opinionis oppositae, tum judicio directo de veritate opinionis oppositae; seu, quod idem est, ut etsi uniatur judicio, tum reflexo de maiori probabilitate falsitatis opinionis, quam defendit, tum directo de falsitate opinionis, quam defendit, adhuc satis sit ad laudem, & praemium.

Quarta paritas est perpetua sapientiorum, & pru-

& prudentiorum praxis: hi enim five audiant, five audiantur, in more habent suspendere in rebus hinc inde valde probabilibus directum de veritate iudicium: & ne longius digrediar, hoc discriminis prudentes inter & imprudentes intercedere solet; quod prudentes in rebus hinc inde valde probabilibus, vel rem testantur à se auditam, vel à se lectam, vel à gravioribus TT. asserunt, ut probabiliorum, aut ut veram; imò sibi ipsis probabiliorum pronuntiant; quæ omnia sunt iudicia reflexa, suspensa omni prorsus directo de veritate opinionis iudicio. At imprudentes, pucrorum more, in rebus hinc inde valde controversis, rei audite, aut lecte, directè incontinenter assentiuntur: ergo testera hominum vulgus, à non vulgo contradistinguens est, quod vulgus hominum facillimè directum ferat iudicium, & ideo erroribus materialibus plerumque suam mentem occupat, & coinquinat: at homines sapientes, & prudentes, ne quidem in sibi probabilioribus directum ferunt de veritate iudicium; imò suspensa omni iudicio directo, ne intellectum inficiant, soli evidenti de objectivâ probabilitate, aut probabilioritate iudicio reflexo nituntur, & huic tantum assensum dant, & sub hoc tantum ad honestas volitiones procedunt.

N. 173. Confirmo: Character contradistinguens intellectum Angelicum ab humano; & intellectum Beatorum ab intellectu Viatorum; & intellectum Deiparæ ab intellectu aliorum virorum quantumcumque prudentium, est, quod Angeli (loquor semper de materiâ hinc inde probabilis) five in statu viæ, five in statu patriæ, suspensa omni prorsus iudicio directo de veritate rei hinc inde probabilis, solo iudicio reflexo de probabilitate veritatis contenti esse debuerint; etenim cum omne directum potuerit esse materialiter falsum, ei nullatenus, servato immunitatis ab omni errore privilegio, assentiri potuerint; hoc enim naturæ Angelicæ perfectionem, tam in statu viæ ante peccatum, quam in statu patriæ, dedecet: e contra homines quantumcumque perfecti, & prudentes possint, servatâ suæ conditionis naturali perfectione, assentiri directè rei incertæ, & concipere iudicium materialiter falsum absque ullâ indecentiâ status naturalis sibi debiti.

N. 174. Idem dico de intellectu Beatorum comparato cum intellectu Viatorum; quod Beatorum intellectui repugnet ad statum beatificum quilibet error etiam materialis; non ita statui hominum viatorum repugnet error materialis; hæc enim imperfectio non dedecet, sed connaturalis est humanæ menti in

statu viæ; & in purâ naturâ considerata. Idem assero de intellectu Deiparæ in statu viæ comparato cum intellectu cuiusque Viatoris eximie prudentis, & sapientis; quod intellectum Deiparæ in statu viæ dedecet, immò repugnavit quilibet error materialis, etiam prudentissimo ex motivo conceptus; & ideo Deiparam immunitate ab omni materiali errore donatam testatur: non ita repugnat, nec contra conditionem cuiusvis intellectus humani eximie sapientis, & prudentis est, concipere ex motivo valde prudenti iudicium directum materialiter falsum; quamvis hoc suspendere longè melius sit.

Ergo si character contradistinguens intellectum Angelorum, & Beatorum, & Deiparæ ab omni intellectu viatorum etiam eximie sapientium, & prudentium, est impotentia omnis erroris materialis, evidenter sequitur, proportionem servatâ, quod character intellectum hominum sapientium, & prudentium à minus prudentibus, & sapientibus contradistinguens, erit, quod licet utriusque in hoc conformes sint, quod possint ex motivo valde prudenti assentiri directè objecto probabili, aut probabiliori, aut probabilissimo, aut moraliter certo, ita ut quamvis materialiter errent, adhuc audiri, & celebrari possint ut valde prudentes, & sapientes; attamen in hoc difformes sunt, quod viri eximie prudentiores, ne materialiter, etiam prudenter errent, suspendant omnem prorsus iudicium directum de veritate objecti quantumcumque probabile, nisi soli reflexo de objectivâ morali certitudine, aut probabilitate veritatis iudicio: e contra homines non ita eximie sapientes, & prudentes, directè ut plurimum assentiuntur veritati moraliter certæ, aut probabiliori, aut probabili: ergo character contradistinguens sapientiores, prudentiores, & perfectiores à minus sapientibus, & prudentibus, & perfectis, in solâ suspensione directi de veritate incertâ iudicij, cæteris paribus, consistit.

Urgeo ponderatione mihi semper mirabili, & quæ ad summam Divinæ providentiæ commendationem, animum contemplationi assuetum suaviter evehit; nempe, quod ea ipsa prerogativa, quæ uni enti, aut statui connaturalis, necessaria, debita, imò identificata est; alteri autem enti, aut statui, utpote minus perfectio, nec identificata, nec debita, nec necessaria, nec connaturalis est; possit, inquam, illa ipsa prerogativa huic enti, aut statui minus perfectio esse libera, & voluntaria.

Explico considerando ex. gr. errandi, aut

aut peccandi impossibilitatem; vel immunitatem: Sanctitas, quæ Divinitati est physicè connaturalis, necessaria, immo identitatis; non ita ulli creaturæ; nulli enim creaturæ sanctitas est connaturalis, necessaria, aut identificata; talis prærogativa est, ut suavis Dei providentia fecerit illam suis creaturis rationalibus liberam; adeo ut eadem sanctitas, quæ supra statum creaturæ debitum est, fit tamen ipsi creaturæ contingens, voluntaria, & libera. Similiter immunitas ab omni errore, & culpâ, quæ est prærogativa Deo identificata, & statui Beatorum debita, non ita debita est imperfecto hominum Viatorum statui; adhuc tamen ea prærogativa talis est, ut quamvis imperfecto Viatorum statui non sit necessaria; fit tamen huic statui contingens, voluntaria, & libera; adeo ut tam Deus; quam creatura non possit peccare; Deus impotentia antecedenti ad suam voluntatem, creatura impotentia consequenti ad suam: tam Deus, quam Viator non possit errare; Beatus impotentia antecedenti omnem liberum sui arbitrij usum; Viator impotentia consequenti ad liberum sui arbitrij usum.

N. 179. In quo sanè Divinæ suæ Sapientiæ, Potentiæ; & Liberalitatis attributa Deus animabus contemplationi deditis non modicum laudis, & amoris motivum suggerit. Quid enim laude, & amore dignius, quam quod Deus creaturis ex se imperfectis illud fecerit liberum, quod sibi esse necessarium; & quod statui minus perfectio contingens; & voluntarium statuerit illud ipsum, quod alteri statui longè perfectiori est connaturale, aut debitum? Ut exinde creaturæ emularentur charismata meliora, & in se ipsis eam Dei, aut perfectiorum creaturarum perfectionem exprimerent, ad quam interiori lumine promoventur; nec ulla illis legitima causa superesset, suæ conditionis perfectionem in iudicium vocandi: etenim etsi ea sanctitas, aut sanctitatis gradus, eaque ab omni culpâ, & errore immunitas; aut immunitatis gradus sit creaturæ, aut ejus statui non debitus, immò supra ejus conditionem, & statum sit; atamen illi illud ipsum erat liberum, contingens, & voluntarium: culpa igitur creaturæ, sive arbitrij est, non Creatoris, aut status, quod ea perfectione sibi liberâ carere voluerit.

N. 180. Hæc ponderatione posita, urgeo argumentum: Dici non potest, quod dum Deus nos excutit ad æmulandam maiorem sui, aut alterius personæ, vel status perfectionem, provocet nos ad impossibilia: sed Deus nos provocat ad æmulandam immunitatem à culpâ,

Tom. III.

& errore etiam materiali: ergo immunitas à culpâ, & errore, quamvis materiali, non est nobis impossibilis. Maiorem ostendit ipsum lumen naturale. Minorem authenticat supernaturale Divinæ Scripturæ lumen, in quâ nobis præcipitur, ut veritatem inquiremus, ut mentis tenebras; & noctem excutiamus, ut ignorantiam saltem voluntariam, & multò magis errorem abigamus. Consequentia tenet. Modò subsumo: Sed nullus alius nostro imperfecto statui suppetit modus æmulandi perfectam ab omni etiam materiali errore immunitatem, quam si in incertis, etsi probabilioribus; probabilissimis, immò moraliter certis; suspendamus omne de re incertæ iudicium; omne enim moraliter certum; probabilissimum; aut probabilius est semper in re, & logicè incertum: ergo talis suspensio non tantum est nobis possibilis, quin est nobis à Deo inspirata, & in iuncta, tamquam honestissima; immò est unicus modus citra miraculum nostro imperfecto statui connaturalis, quo perfectam ab omni etiam materiali errore immunitatem assequi possimus. Hoc enim modo per liberam omnis iudicij directi de re, etsi moraliter certi, aut probabilissimi; aut probabilioris suspensionem, omne erroris periculum vitamus; & per liberam ab omni errore immunitatem æmulamur necessariam Deo, aut statui beatifico, aut Angelico immunitatem: & per iudicium evidens reflexum supra objectivam probabilitatem, sive æqualem, sive maiorem, sive minorem; aut supra objectivam certitudinem moralem veritatis, ut in re est; nobis incertæ, imitatur *propterea possumus* evidentiam, aut certitudinem ipsius iudicij directi de veritate, quod fortè Angeli, aut Beati, vel saltem Deus ipse circa libera contingentiâ, aliaque incertâ concipiunt.

§. III.

Pavitas Fidei, nec non iudicij reflexi de non probabilitate honestatis, aut de probabilitate inhonestatis, ne operemur.

S U M M A R I U M.

Ut teneamur credere fide Divinâ, satis evidentia credibilitatis, non autem necessaria evidentia veritatis rei credende, n. 180. 181.

Sicut, ut imperem altum fidei honestum satis evidentia credibilitatis rei credende, non verò necessaria evidentia veritatis ejusdem rei, ita, ut imperem altum honestum, satis evidentia probabilitatis honestatis, non verò necessaria evidentia veritatis honestatis, n. 184.

Cc

Distâ

Dicta paritas ad quem finem trahatur, n. 185. Obligatio credendi, & honeste operandi pari passu procedunt, n. 186. 187.

Sicut iudicium reflexum de non probabilitate honestatis satis, ne operer honeste, ita solum reflexum de eius probabilitate satis, ut operer honeste, n. 188. 189.

Et si plus requiratur, ut quis honeste, quam ut inhoneste operetur, non ideo necessarium iudicium directum de honestate, n. 190. 191.

Præcipuum argumentum Adversariorum, quod quis simul, & semel operabitur honeste, & inhoneste, ob duplex iudicium reflexum, unum de honestatis, aliud de inhonestatis probabilitate, non me tangit peculiariter, n. 192. 193.

Urgeo hoc contra Adversarios, n. 194. 195. 196.

Nullitas argumenti, quia ex similitudine probabilitatis honestatis, & inhonestatis inserti similitudinem actuum, n. 198. 199.

Et si simul coexistant duo iudicia reflexa evidentiæ, unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate inhonestatis, voluntas operabitur tantum honeste, si se determinet ad sequendum illud, vel tantum inhoneste, si se determinet operari juxta aliud, n. 199.

Cur non peccet simul, & peccet, qui habet duas apprehensiones, unam suavisimam boni, aliam mali? n. 200. 201.

Cur, ut quis peccet, satis sit, ut operetur sub solo iudicio de non probabilitate honestatis, aut de probabilitate non honestatis, suspensio omni directo de non honestate; ut autem non peccet, non satis sit solum reflexum de probabilitate honestatis iudicium, suspensio omni directo de honestate, n. 202.

N. 181. P. Pol. **Q**uinta paritas sumitur ex Fide. Etenim, ut disp. 9. fufè ostendi, ad hoc ut possimus, immò ut teneamur credere, atque adeo ut honestissimè credamus, non est necesse, ut veritas supernaturalis credenda sit nobis evidenter vera, sed satis ut sit evidenter credibilis, ut productis Authoribus manifestat P. Pollenter *propof. 4. cap. 4.* ergo ut licitè, & honestissimè operemur, necessaria non est evidentiæ honestatis, sed satis ut honestas sit evidenter credibilis, seu probabilis.

N. 182. **C**onfirmo 1. Evidentiæ credibilitatis mysterij satis est, ut honestè credere possimus: ergo evidentiæ probabilitatis honestatis satis etiam erit, ut honestè operemur.

N. 183. **C**onfirmo 2. quia sicut quoties assensus directus verus est objectum præceptum, satis est, ut ille assensus directus sit credibilis verus, ad hoc ut eum assensum directum honestè imperem, ut constat in actibus fidei

præceptis; per hoc enim, quod mihi sit evidenter credibilis ex. gr. Christum Deo venisse, teneo imperare assensum directum supernaturalem, quo credam illud fidei mysterium. Ita à pari, quoties actus honestus est objectum præceptum, satis erit, ut actus ille sit credibilis honestus, ad hoc ut eum actum directè imperem. Si autem evidentiæ de maiori honestatis objectivæ probabilitate satis est, ut teneam eum actum elicere; eo ipso sequitur, quod evidentiæ de æquali, vel minori honestatis objectivæ actus probabilitate satis quoque erit, ut eum actum non quidem teneam, sed saltem possim honestè elicere.

Confirmo 3. Assensus directus fidei super N. omnia non exigit, ut ejus objectum materiale credendum, vel ut motivum, seu revelatio, quod ob quam ipsum objectum materiale revelatum creditur super omnia, sint evidenter vera, sed satis est, ut sint evidenter credibilia, adeo ut sola evidentiæ reflexa credibilitatis mysterij credendi, aut revelationis satis sit, ut actum fidei super omnia circa veritatem obicuram imperare possim: ergo à pari, ut actus voluntatis sit honestus, non exigit, ut ejus objectum sit evidenter honestum, sed satis est, ut sit evidenter probabilius, aut probabiliter honestum: ergo ut honestè operer, nullum est necessarium iudicium directum de objectivæ actus, & objecti honestate, sed satis est evidens reflexum de probabilitate, aut probabilitate honestatis objectivæ actus, & objecti.

Scio, quod qui hanc paritatem superficialiter penetraturus est, facile eam alio diverteret, eamque in me retorquere tentabit dicendo, quod sicut, ut teneam credere directè, satis est evidentiæ reflexa credibilitatis mysterij, adeo ut quoties hæc datur, teneam directè credere illud; ita quoties datur evidentiæ reflexa de probabilitate honestatis, & veritatis, tenebor quoque iudicium directum de eâ veritate imperare. Rursus sicut nemo potest in materia fidei credere id, quod est reflexè minus credibile, immò tenetur illud non credere; ita à pari nemo poterit assentiri directè rei minus probabili, immò tenebitur non assentiri.

Verùm hæc non nisi ex malâ intelligentiâ procedunt: etenim non traho paritatem in 186. hunc finem, ut ostendam, quando datur obligatio credendi, quando obligatio honestè operandi; huic enim facile occurrerem, dicendo pari passu procedere obligationem credendi, & obligationem operandi; ita ut sicut ad hoc ut teneam honestè credere super omnia, non requiritur evidentiæ præcepti fidei,

fidei; sed satis est, ut illud fidei præceptum sit moraliter certum; est autem quoties res credibilis ita proponitur, ut ea sola adeo sit evidenter credibilis, ut opposita non sit prudenter, sed tantum imprudenter credibilis; & quoties obligatio credendi ita proponitur, ut deobligatio non sit probabilis: ita à pari, ut honeste teneatur operari, satis est, ut præceptum honeste operandi ita sit probabile, ut non præceptum non sit probabile. Similiter paritas fidei non trahitur in hunc finem, ut ostendam, quid requiratur, ut honeste credere possim, & quid ut honeste operari possim: etenim huic quoque facile obviare possem distinguendo res inter Catholicos incertas à rebus Catholicos inter, & Hereticos controversis, sive in materia fidei, sive morum, ut alias docui.

N. 187. Quare in hunc tantum finem trahitur paritas fidei, quod sicut, ut assensus fidei sit honestus, satis est evidentiæ probabilitatis de veritate revelatâ, si ea inter Catholicos sit controversa; si verò ea sit controversa Catholicos inter & Hereticos, necesse est, ut detur evidentiâ tantæ probabilitatis de re revelatâ, ut non sit probabile non esse revelatam; atque adeo veritas per assensum directum credenda non est necesse, ut sit evidens, sed satis; ut evidens sit credibilitas veritatis credendæ per assensum fidei directum; ita à pari, ut honeste operer, satis erit sola evidentiâ probabilitatis, aut probabilitatis objectivæ de honestate actus, & objecti.

N. 188. Sexta paritas est ex non probabilitate, ex quâ ita arguo: Ne honeste operer, satis est iudicium reflexum de non probabilitate honestatis actus, & objecti; ergo ut honeste operer, satis est iudicium reflexum de probabilitate honestatis actus, & objecti. Antecedens est certum; qui enim reflexe iudicat non esse probabile, quod objectum, & actus sit honestus, etsi suspendat omne iudicium directum de non honestate objecti, & actus, non potest honeste operari: ergo ne quis honeste operetur, satis est iudicium reflexum de non probabilitate honestatis actus, & objecti.

N. 189. Prima consequentia probatur, tum quia danda est disparitas, cur solum iudicium reflexum de non probabilitate honestatis actus, & objecti satis sit, ne honeste operer, immo ut operer inhoneste, suspensio omni iudicio de non honestate actus, & objecti; satis autem non sit solum iudicium reflexum de probabilitate honestatis actus, & objecti, suspensio omni directo de honestate actus, & objecti, ut honeste operer, aut ne sal-

Tom. III.

tem operer inhoneste: tum quia ideo non honeste, immò inhoneste operaretur, qui operaretur sub solo iudicio de non probabilitate honestatis actus, & objecti, non quia operaretur sine iudicio directo de honestate actus, & objecti, sed quia operaretur sine iudicio reflexo de probabilitate honestatis actus, & objecti; immò operaretur sub solo iudicio reflexo de non probabilitate honestatis actus, & objecti: ergo si, ut quis non honeste operetur, satis est solum iudicium reflexum de non probabilitate honestatis actus, & objecti, divisum à iudicio directo de non honestate actus, & objecti; sequitur etiam, quod ut quis honeste operetur, satis quoque erit solum iudicium reflexum de probabilitate honestatis actus, & objecti, divisum ab omni iudicio directo de honestate actus, & objecti.

Dices: Ideo, ne quis honeste operetur, N. satis esse solum iudicium reflexum de non 190. probabilitate honestatis objecti, & actus, divisum ab omni directo de non honestate objecti, & actus, quia minus requiritur ad hoc, ne quis operetur honeste; plus autem ad hoc ut honeste operetur; & ideo præter iudicium reflexum de objectivâ probabilitate honestatis, requiritur iudicium directum de honestate.

Sed contra; quia ex hoc, quod plus re- N. quiratur, ut quis honeste, quàm ut quis non 191. honeste operetur, non sequitur quod requiratur iudicium directum de honestate, ita ut satis non sit reflexum de probabilitate honestatis; e contra satis sit solum reflexum de non probabilitate honestatis divisum à directo de non honestate, ne quis honeste operetur; adhuc enim dato, quod satis sit solum reflexum, vel de non probabilitate honestatis, ne quis honeste operetur; vel de probabilitate honestatis, ut quis honeste operetur, suspensio omni directo, vel de non honestate, vel de honestate; adhuc, inquam, hoc dato salvatur, quod plus requiratur, ut quis honeste, quàm ut quis non honeste operetur: nam ut quis honeste operetur, requiritur, tum actualis gratiæ influxus; tum quod objectum materiale, & motivum formale sint certò probabiliter honesta, aut non vetita: at ne quis honeste operetur, satis est, ut objectum, & actus non sint certò probabiliter honesta, nec necesse est, ut sint certò probabiliter inhonesta; immò satis est carentia non tantum iudicij directi de non honestate objecti, sed sola carentia iudicij reflexi de non probabilitate honestatis objecti: e contra, ut quis honeste operetur, requiritur necessario, vel iudicium directum sub-

Ccij jectivè

jectivè probabile de honestate, vel reflexum de certâ objectivâ probabilitate honestatis: ergo si, ne quis honestè operetur, satis est suspensio utriusque iudicij, tum directi de non honestate, tum reflexi de non probabilitate honestatis; immo satis est solum reflexum; etiam probabile, & non certum de non probabilitate objectivâ honestatis; satis vice versâ quoque erit, ut quis honestè operetur, vel solum iudicium directum subjectivè probabile, aut probabilius de honestate; vel solum reflexum certum de objectivâ honestatis probabilitate, sive maiori, sive æquali, sive minori.

N. 192. Hoc argumentum, præter paritatem, tum Confessarij, tum obedientis allatam §. 1. si rite ponderetur, diluit præcipuum contra nos argumentum infra trahendum: etenim dicunt Adversarij, quòd si ad honestè operandum satis est iudicium reflexum de probabilitate honestatis, sequitur, quòd quis simul, & semel operabitur honestè, & non honestè: honestè, quatenus habet iudicium reflexum de probabilitate honestatis; non honestè, quatenus cum hoc iudicio reflexo de probabilitate honestatis itat aliud reflexum de probabilitate non honestatis.

N. 193. Verùm hoc me non tangit peculiariter, quin tangit Adversarios docentes, tum quòd licitum sit Confessario absolvere poenitentem sequentem opinionem oppositam suâ; tum quòd, ne quis operetur honestè, satis sit non tantum iudicium reflexum de non probabilitate honestatis; quin satis sit iudicium reflexum de probabilitate non honestatis. Quo posito, ita arguo: Cum iudicio reflexo de probabilitate non honestatis stare potest aliud reflexum de probabilitate honestatis; ergo simul, & semel operabitur non honestè, & honestè: non honestè, quia operatur sub iudicio reflexo de probabilitate non honestatis; honestè, quia operatur sub iudicio reflexo de probabilitate honestatis coexistens cum reflexo de probabilitate non honestatis: ergo totum argumentum est ab Adversarijs solvendum, & huic quæsito respondendum: An, ne quis operetur honestè, satis sit reflexum de probabilitate non honestatis, etsi unitum reflexo de probabilitate honestatis? An verò requiratur, ut iudicium reflexum de probabilitate non honestatis sit divisum à reflexo de probabilitate honestatis?

N. 194. Si responderint requiri, ne quis honestè operetur, ut iudicium reflexum de probabilitate non honestatis sit divisum à reflexo de probabilitate honestatis: respondebo ego quoque, quòd, ut quis honestè operetur,

requiratur, ut iudicium reflexum de probabilitate honestatis sit divisum à reflexo de probabilitate non honestatis. Si autem dixerint, ne quis honestè operetur, non requiri, ut iudicium reflexum de probabilitate non honestatis sit divisum à reflexo de probabilitate honestatis; opponam incontinentem eandem consequentiam, nempe quòd operans operabitur tunc inhonestè simul, & honestè: inhonestè, quia sub iudicio reflexo de probabilitate non honestatis; honestè, quia sub iudicio reflexo de probabilitate honestatis. Si enim Adversarij contra me dicunt quòd si ad honestè operandum satis est reflexum de honestatis probabilitate iudicium divisum à directo; sequitur, quòd eum illud iudicium reflexum de probabilitate honestatis stare possit cum alio reflexo de probabilitate non honestatis, sequitur, inquit, quòd operans operabitur simul honestè, & inhonestè; dicam ego quoque, quòd si ad operandum inhonestè satis est iudicium reflexum de probabilitate non honestatis, divisum à directo de non honestatis; operans operabitur tunc inhonestè simul, & honestè, quia cum iudicio reflexo de probabilitate non honestatis itare potest reflexum de probabilitate honestatis.

Quòd si dixerint 1. quòd ne quis operetur honestè, requiratur, ut operans operetur sub solo reflexo iudicio de probabilitate non honestatis, divisio ab alio reflexo de probabilitate honestatis: dicam idem, quòd, ut quis honestè operetur, requiratur, ut operetur sub solo iudicio reflexo de probabilitate honestatis, divisio ab alio reflexo de probabilitate non honestatis.

Quòd si dixerint 2. quòd etsi simul coexistant ea duo iudicia reflexa de probabilitate non honestatis, & de probabilitate honestatis; attamen actus inhonestus ponatur sub iudicio de probabilitate non honestatis, ita ut aliud reflexum de probabilitate honestatis non se habeat nisi mortuo modo: dicam idem ego, quòd etsi simul coexistant ea duo iudicia reflexa de probabilitate honestatis, & de probabilitate non honestatis, illud tantum dirigit actum honestum; non autem hoc, quòd quasi mortuo modo se habet.

Quòd si dixerint 3. bonum ex integrâ causa, malum ex singulis defectibus, & ideo operari inhonestè, qui operatur sub utroque iudicio reflexo de probabilitate honestatis, & de probabilitate inhonestatis, non autem operari honestè, qui sub illo utroque iudicio reflexo operatur; contra est; quia axioma non est ad rem; non enim argumentum, quòd retorquemus, probat, quòd operans sub

sub iudicio reflexo de probabilitate honestatis, operabitur tantum honeste, sed honeste simul, & inhoneste: honeste, quia sub iudicio reflexo de probabilitate honestatis; inhoneste, quia cum eo ita aliud reflexum de probabilitate non honestatis. At hoc idem ego contendo, quod si satis est iudicium reflexum de probabilitate non honestatis, cum hoc ipsum itare possit cum alio iudicio reflexo de probabilitate honestatis, operans operabitur simul inhoneste, & honeste.

N. 198. Demum, ut argumenti infirmitatem, & inanitatem ostendam, dico nullum omnino esse, quia ex similitudine utriusque iudicij reflexi de probabilitate honestatis, & de probabilitate inhonestatis, infert possibilem similitudinem actus honesti, & inhonesti, quod implicat: etsi enim solum iudicium reflexum de probabilitate non honestatis, aut de non probabilitate honestatis, satis sit, ut quis honeste operetur; & solum iudicium reflexum de probabilitate honestatis satis sit, ut quis honeste operetur. Similiter etsi utrumque iudicium reflexum simul coexistens de probabilitate inhonestatis, & de probabilitate honestatis satis sit, ut quis divisim, vel tantum honeste, vel tantum inhoneste operetur, prout se determinabit ad sequendum, vel hoc, vel illud iudicium reflexum ex simul coexistentibus; attamen utrumque iudicium reflexum simul non est satis, ut quis simul honeste, & inhoneste operetur. Ut patet in voluntate duplici opposita cogitatione munita; una suadente bonum, altera malum: etsi enim quælibet ex illis, quamvis simul coexistant, satis sit ad dirigendum actum bonum, & malum, attamen satis non sunt, ut dirigant ad simultaneam actus boni, & actus mali coexistentiam; sed ad id tantum inter actum bonum, & malum diriguntur, prout voluntas voluerit.

N. 199. Ut ergo apprehensio suavis mali coexistens inspirationi suadenti bonum non facit, ut quis simul peccet, & non peccet, sed vel tantum peccat, si voluntas bene inspirata sequitur apprehensionem suavis mali; vel tantum non peccat, si voluntas allecta ab apprehensione suadente actum malum, sequatur apprehensionem suadentem actum bonum: ita in casu nostro, etsi in intellectu simul coexistat utrumque iudicium reflexum, unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate non honestatis; non fit, quod quis poterit simul honeste, & non honeste operari, & simul unire actum honestum, & inhonestum; sed divisim, vel tantum honeste operabitur, si voluntas determinet sequi, & operari iuxta iudicium reflexum de pro-

babilitate honestatis, quamvis ei coexistat aliud reflexum de probabilitate non honestatis; vel tantum inhoneste operabitur, si voluntas determinet sequi iudicium de probabilitate non honestatis, etsi ei coexistat aliud reflexum de probabilitate honestatis.

Confirmo: Plus inter se opponuntur apprehensiones, una suadens malum, alia bonum, quam hæc duo iudicia reflexa, Probabile est actum A, esse honestum; Probabile est actum A, non esse honestum; nam hæc duo iudicia sunt ambo affirmativa de modo; etsi unum sit affirmativum, aliud negativum de dicto: contra illa duæ apprehensiones sunt prorsus inter se opposita; una enim allicit ad malum, alia ad bonum; ergo si cum toto hoc non sequitur, quod voluntas munita duplici illa apprehensione inclinante ad oppositum, vel quod possit simul unire actum bonum, & malum, ita ut simul coexistant, non minus, quam illa duæ apprehensiones coexistere possunt; vel quod voluntas sequens ductum apprehensionis suadentis actum bonum, male operetur, quia præhabet simul apprehensionem suadentem actum malum: ita in casu nostro non sequitur, quod voluntas duplici iudicio reflexo munita, uno de probabilitate honestatis, alio de probabilitate non honestatis, vel quod simul ponere poterit actum honestum, & actum inhonestum, ita ut simul coexistant, non minus, quam illa duo iudicia reflexa simul coexistere possunt; vel quod voluntas sequens ductum iudicij reflexi distantis probabilitatem honestatis, male operatur sit, quia simul habet in mente aliud iudicium reflexum de probabilitate non honestatis.

Sicut ergo in casu allato voluntas præhabens duplicem apprehensionem suadentem extrema inter se opposita non habet potentiam simultatis actuum oppositorum, seu potentiam coniungendi simul actum bonum cum malo; sed unice habet similitudinem potentiam ad ponendum divisim ab actu malo actum bonum, & divisim ab actu bono actum malum. Rursus sicut voluntas præhabens duplicem apprehensionem suadentem extrema inter se opposita, si sequatur apprehensionem suadentem bonum, bene tantum operatur, non autem simul male, quamvis simul adsit apprehensio suadens malum, quia hæc minime sequitur, immo ei resistit: ita in casu nostro, voluntas præhabens ea duo iudicia reflexa; unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate non honestatis, non habet potentiam simultatis actuum, seu potentiam simul coniungendi actum honestum cum inhonesto; sed unice habet si-

multatem potentiae ad ponendum actum honestum divisim ab inhonesto; vel actum inhonestum divisim ab honesto. Rursum voluntas præhabens duplex illud iudicium reflexum, unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate non honestatis, si sequatur iudicium reflexum dictans, certò probabile esse, quòd actus ponendus sit honestus, operabitur tantum honestè, non autè honestè simul, & inhonestè, quamvis simul adsit aliud iudicium reflexum dictans, certò probabile esse, quòd actus non sit honestus; quia voluntas hoc iudicium reflexum minime sequitur, immò illud tunc contemnit.

N.
202.

Hinc patet tum infirmitas præcipui argu-

menti, cui Adversarij insunt, de quo lætius infra; tum firmitas nostræ doctrinæ. Si enim posito solo iudicio reflexo, vel de non probabilitate honestatis, vel de probabilitate non honestatis, suspensio omni directo de falsitate opinionis asserentis talem rem licere, aut de veritate opinionis negantis eandem licere; eo ipso non licet talem actum ponere, nec talem rem eligere: cur posito solo iudicio reflexo de probabilitate licetig, suspensio omni directo, tum de veritate opinionis affirmantis licere, tum de falsitate opinionis negantis licere, non licebit tunc operari? Expecto disparitatem.

DISPUTATIO XXIV.

Reliquæ robustissimæ pro eodem nostro intento rationes.

SECTIO I.

Prima, & secunda ratio à priori.

§. I.

Quidquid est in iudicio directo subjective probabili, est longe eminentius in reflexo evidenti de objectiva probabilitate.

SUMMARIUM.

Quia quidquid inest iudicio directo, longè perfectius inest reflexo, n. 1. 2.

Nam reflexo nulla inest incertitudo; directo, est probabiliori, inest incertitudo de veritate speculativa, n. 3. 4.

Rursum reflexo inest certitudo, immò evidentia de veritate speculativa sui objecti, nempe de probabilitate, n. 4. 5.

Iudicium reflexum nec mediatè, nec immediatè potest esse falsum, directum potest esse immediatè falsum, ibid.

Intellectus directè assentiens minùs probabili, cur non assentiatur magis falso, sed tantum verò? n. 6.

Falsum, quòd omne minùs probabile sit magis falsum, & minùs verum in re, ibid.

Si repugnat, ut intellectus assentiatur directè rei minùs probabili, multo magis, ut teneatur assentiri, seu exercere iudicium incertum, quando potest soli certo assentiri, n. 8.

Si datur obligatio, datur potius sequendi solum reflexum, quam directum, n. 9.

Cur? n. 10.

Ex eo quòd T. T. unanimiter dicant præquiri iudicium saltem moraliter certum de verita-

te speculativa, infero necessarium potius reflexum, quam directum, n. 11.

Iudicio directo, est moraliter certo subjective, ad summum inest certitudo moralis prudentialis, qua satis ut peccatum formale excludat, non vero speculativa, ibid.

Si nullum iudicium falsum est verè prudens, ut volunt contrarij, nullum directum, est probabilior, erit regula, n. 12.

Si directum satis, multo magis reflexum, quo certò cognosco ea motiva graviora, aut graviora, quibus mittitur directum, n. 13.



UAMVIS Lector non obliviosus eorum, quæ diximus, plurà à priori fundamenta pro nostra sententia, de solius iudicij reflexivi evidenti de certà probabilitate veritatis, & honestatis sufficientia, ut honestè operemur, hunc in locum congerere possit; attamen quia, ut dixi, nostra sententia supponitur potius quam tractatur, & à paucis Neotericis in dubium vocata, fuit ab ipsdem mordicus negata, ideo eam à priori rationibus prorsus robustis fundare iterum duximus.

Quapropter ita arguo 1. quia quidquid N. 1. habetur per iudicium directum subjective probabile, aut probabilior de veritate, longè perfectius habetur per solum iudicium reflexum certum de probabilitate, aut probabilitate veritatis; ergo nullatenus, ad hoc ut rectè operemur, necessarium est iudicium directum, incertum de veritate, quin ut rectè operemur, satis se solo est reflexum certum